A. D. 1138. — Evangeliar des Maelbrigte. Irische Schrift.

London, British Museum, Harlei Ms. 1802, fol. 128.

Aus einem Evangeliar, das um das Jahr 1138 von einem Schreiber, der sich Maelbrigte Hua Maeluanaigh nennt, in seinem 28. Lebensjahre, in Armagh in Irland vollendet wurde. Lange Zeit war die Handschrift in der Nationalbibliothek in Paris. Dort wurde sie im XVII. Jahrhundert von Jean Aymon gestohlen. Später kam sie in die Bibliothek des Earl of Oxford und dann in das Britische Museum. Unser Facsimile ist etwas verkleinert. Siehe die Facsimiles der *Palaeographical Society*, Taf. 212; und Kenyon, *Biblical Manuscripts in the British Museum*, Taf. 18. Dem letztgenannten Werke entnehme ich mit gütiger Erlaubnis von Herrn Kenyon unser Facsimile.

Irische Spitzschrift. Siehe die früheren Beispiele der insularen Schrift auf Taf. 21a, 26, 30, 31, 32, 50 und 65.

Die irische Schrift erhielt sich in einer eigenartigen stereotypen Form das ganze Mittelalter hindurch. Für gaelische Texte wird sie noch heute verwendet. Man beachte die eigentümlichen alten Buchstabenformen (z. B. **a**, **e**, **f**, **g**, **q**, **r**, **s**) und die bekannten insularen Abkürzungen. Öfters sind Buchstaben übergeschrieben oder unten angehängt; siehe *ut* (9. 10. 11), *sanguinibus* (19), *quasi* (23). — Siehe die Form von **x** (11. 12. 25).

In principio erat verbum
et verbum erat apud Deum *et* Deus erat verbum.
Hoc erat in principio apud Deum. Omnia
per ipsum facta sunt, *et* sine ipso factum est nihil
quod factum est. In eo vita est, et vita erat[1]
lux hominum. *Et* lux in tenebris lucet,
et tenebre eam non comprehenderunt.
Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannis. Hic venit in testimonium, ut testimonium
perhiberet de lumine, ut omnes crederent *per*
illum. Non erat ille lux, *sed* ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat *enim* lux vera
quae illuminet omnem hominem venientem *in* hunc
mundum. In mundo erat, *et* mundus *per* ipsum
factus est, *et* mundus eum *non* cognovit. In *propria*
venit, *et* sui eum non receperunt. Quotquot *autem*
receperunt eum, dedit eis potestatem fi-
lios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius,
qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate
carnis, neque ex voluntate viri, *sed* ex Deo
nati sunt. Et verbum caro factum est *et* habitavit in nobis, *et* vidimus gloriam *eius*, gloriam
quasi unigeniti a[2] Patre, plenum gratiae *et* veritatis.
Iohannes testimonium perhibet de ipso
et clamat dicens: Hic erat, *quae* dixi vobis

[1] In den meisten anderen Handschriften heisst der Anfang dieses Verses: *In ipso vita erat*; darauf scheinen sich die Buchstaben am Rande zu beziehen. [2] Fünf Buch-taben auf einer Rasur.

A. D. 1144. — Martyrologium.

Bern, Stadtbibliothek, Ms. 226, fol. 24v.

Aus einem Martyrologium, das im Jahre 1144 in der Benediktinerabtei Disibodenberg bei Kreuznach geschrieben wurde. Grösse: 30×20 cm. Unser Facsimile ist verkleinert. Siehe Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, p. 276.

Karolingische Minuskel. Die Bogen der runden Buchstaben sind zuweilen gebrochen; siehe **a**, **c**, **e** (1. 2).

Die Buchstaben **A** und **B**, die vor dem Datum stehen (Zeile 1. 11), sind die Tagesbuchstaben für den 30. und 31. Juli. In den alten Kalendern pflegte man vor jeden Tag einen bestimmten Buchstaben zu setzen: man schrieb **A** zum 1., **B** zum 2., **C** zum 3., **D** zum 4., **E** zum 5., **F** zum 6., **G** zum 7. Januar; dann schrieb man wieder dieselben Buchstaben zum 8. bis zum 14. Januar, und so fuhr man fort bis zum 31. Dezember. Fiel nun in einem Jahre der erste Sonntag auf den 1. Januar, so war **A** der Sonntagsbuchstabe des Jahres, und alle Tage, bei denen **A** stand, waren in jenem Jahre Sonntage; fiel der 1. Sonntag auf den 2. Januar, so war **B** der Sonntagsbuchstabe, u. s. f. So hatte man einen Überblick über alle Tage des Jahres.

Unten stehen drei Verse in diplomatischer Minuskel (vgl. Taf. 82). Der erste Vers nennt den Monat August, der zweite und dritte die bösen Tage und Stunden dieses Monats (*dies aegyptiaci*). Als böse werden bezeichnet der 1. August und die 1. Stunde des 1. August, ferner der 30. August (*secunda*, vom Ende des Monats rückwärts gezählt) und die 7. Stunde des 30. August. In einer Pariser Handschrift des X. Jahrhunderts (Ms. lat. 1338) heisst es von diesen Tagen: *Isti sunt dies Egyptiaci, qui vocantur tenebrosi, qui male dicti sunt, quia non sunt apti nec boni ad nullum opus faciendum. In quibus diebus si quis sanguinem minuaverit aut aliquam potionem biberit, aut statim moritur aut vix evadet. Et si quis opus inquoverit aut aliquam causam fecerit, non vertetur ad gaudium sed potius ad dampnum.* Siehe Schmitz, *Beiträge zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde*, 1877, S. 307.

XIX. A. III. *kalendas* Augusti. Rome natalis sanctorum Abdon et Sennen subreguloruṁ, qui cum in Cordula civitate Persarum vincula paterentur
a Decio, ad ultimum duxit eos Rome catenis obligatos et diversis penis maceratos, ubi plumbatis primo cesi, et deinde gladio interfecti sunt. Apud Africam civitate Lucernaria
sanctarum virginum Maxime, Donatille et Secunde, que persecutione Galieni aceto et felle primum potate, deinde
plagis acerrimis cese et eculei extensione cruciate, postmodum etiam craticulis exuste, nec non ad bestias proiecte,
sed ab his intacte, novissime gladio iugulate sunt.
B. II. *kalendas* Augusti. Apud Rauennam
transitus sancti Germani Autisiodorensis episcopi, genere, fide et doctrina atque miraculorum gloria clarissimi. Apud Cesaream passio beati Fabii martyris, qui cum ferre vexilla presidalia recusaret,
primum diebus aliquot in carcerem trusus, deinde interrogatus semel et iterum in confessione Christi perdurat, et mox a iudice capitali sententia condempnatur. Civitate Sinnada sanctorum Democriti, Secundi et Dionisii.

Augustum mensem Leo fervidus igne perurit.
Horas dat primas Augusti datque kalendas.
Inde secunda dies septenas turbidat horas.

A. D. 1154. — [Cicero], Ad C. Herennium de arte rhetorica.

Mailand, Biblioteca Ambrosiana, E. 7, fol. 28v und 29r.

Zwei Seiten aus einem Kodex, der die Schrift *De arte rhetorica* enthält, die früher dem Cicero zugeschrieben wurde. Auf fol. 52 findet sich folgende Schlussschrift: *Scribsit hunc rheticorum librum* ..... (es folgt eine Rasur von etwa fünf Buchstaben; ohne Zweifel stand dort der Name des Schreibers) *scriba Stephano thesaurario Antiochie anno a passione Domini millesimo centesimo vicesimo primo.* Der Kodex stammt also aus dem Jahre 1154 (1121 + 33), und da er für den *thesaurarius* von Antiochien bestimmt war, so ist wohl anzunehmen, dass er in Antiochien geschrieben wurde. 1605 kam er in die Ambrosiana.

Der Kodex enthält viele Rand- und Interlinearglossen von späterer Hand. Häufig sind arabische Ziffern in diesen Glossen verwandt (II, 11. 17. 23). — Zeile I, 24, die das *Explicit* etc. enthält, ist mit roter Tinte geschrieben. Das dritte Buch ist dort als *liber c* und das vierte als *liber d* bezeichnet. — Die Initiale **Q** (I, 25) ist blau, nur die inneren Striche sind rot. Die Anfangsbuchstaben der Sätze sind mit roter Tinte gefüllt (I, 2. 12. 15. 16).

faciliores sine labore et molestia facile meminisse,
in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc
verborum memoriam inducimus, ut versus meminisse
possimus, *sed* ut hac exercitatione illa rerum memoria,
que pertinet ad utilitatem, confirmetur, ut ab hac difficili
consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire
possimus. *Sed*[1] cum in omni disciplina infirma est artis preceptio[2]
sine summa assiduitate exercitationis, tum vero in memoriis[3]
minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore,
diligentia[4] comprobetur, quam plurimos locos ut habeas et quam maxime ad precepta accommodatos curare[5] debebis. In imaginibus collocandis cotidie convenit exerceri. Non enim,
sicut in ceteris studiis abducimur nonnunquam occupatione,
ita ab hac re nos potest causa[6] deducere aliqua.
Non unquam est enim, quin aliquid memorie tradere velimus et tum
maxime, cum aliquo maiore negotio detinemur. Quare cum
sit utile facile meminisse, non te fallit; quod tantopere
utile sit, quanto labore sit appetendum, quod poteris existimare utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia, ne aut tuo studio diffisi aut minus
quam res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rethorice
deinceps dicemus. Tu primas quasque partes in animo frequenta et, quod
maxime necesse est, exercitatione confirma.

Explicit liber c ad Erennium. Incipit d.

Quoniam in hoc libro, Heremi[7], de elocutione[8] conscripsimus[9]
et, quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi
sumus, et id fecimus preter consuetudinem Grecorum, qui de[10] hac re
scripserunt, necessario faciendum est, ut paucis rationem consilii nostri[11] demus.[12] Atque hac necessitudine nos facere, non studio, satis erit signi,
quod in superioribus libris nichil neque ante rem neque preter rem locuti
sumus. Nunc, si pauca que res postulat, dixerimus, ubi id, quod reliquum est artis, ita uti instituimus, persolvemus. Sed facilius nostram
rationem intelliges, si prius, quid illi dicant, cognoveris. Compluribus[13]

[1] Am Kande: *Exhortatur Herennium ad exercitationem.* [2] Da der Schreiber auf unserer 2. Seite, Zeile 11 *preterea* schreibt, so löse ich die Kürzung p mit *pre* auf. Sonst setzt er für *ae* gewöhnlich das geschwänzte **e** (I, 15. 21). [3] In der Ausgabe von Teubner: *mnemonicis.* [4] Glosse: *desiderio adiscendi.* [5] Glosse: *proponere.* [6] Verbessert. [7] Für *Herenni.* [8] Glosse: *ornatu.* [9] Glosse: *perfecte.* [10] Übergeschrieben. [11] Übergeschrieben; ein kleiner Strich deutet an, dass *nostri* vor *de* zu setzen ist. [12] Am Rande: *Excusatio*; nach *demus* folgt ein Paragraphzeichen von späterer Hand. [13] Am Rande: *exoptatur.*

Aus den vielen Abkürzungen seien hervorgehoben die Zeichen für *con* (I, 6. 12), für *enim* (I, 15; II, 12) und für *et* (I, 10. 15), ferner die Kürzungen für *aut* (I, 20; II, 14), *genus* (II, 30), *hoc* (I, 25. 29), *quare* (I, 16; II, 7), *que* (I, 5; II, 4) und *tamen* (II, 31).

Ligaturen. Siehe die Verbindungen von **p** und **b** (II, 18. 24) und von **q** und **b** (I, 15). Häufige Bogenverbindungen: die runden Buchstaben sind wenigstens nahe aneinander gerückt (*verborum*, I, 3; *possimus*, I, 4; *oportere*, II, 1; *poeta*, II, 2).

de causis putant oportere, cum ipsi preceperint,[1] quo pacto oporteat
ornare elocutionem, unius cuiusque generis ab oratore aut poeta probato sumptum ponere exemplum. Et primum se id modestia[2]
commotos facere dicunt, propterea quod videatur esse ostentatio quedam
non satis habere precipere de artificio, sed etiam ipsos videri velle artificiose gignere[3] exempla: hoc est, inquiunt, ostentare[4] se, non ar-[5]
tem ostendere. Quare pudor inprimis est ad eam rem impedimento, ne nos[6]
solos probare nos, nos amare, alios contemnere et deridere
videamur. Etenim cum possimus[7] ab Ennio sumere aut a Graco[8]
ponere exemplum, videtur esse arrogantie illam[9] relinquere, et ad
sua devenire. Preterea exempla testimoniorum[10] locum optinent. Id enim, quod admonuerit et leviter fecerit preceptio, exemplo sicut testimonio comprobatur. Non igitur ridiculus sit, si quis in lite[11]
aut in iudicio[12] domesticis testimoniis pugnet?[13] Ut enim
testimonium, sic exemplum rei[14] confirmande causa sumitur.
Non ergo oportet hoc nisi a probatissimo sumi, nec, quod aliud confirmare debeat, egeat id ipsum confirmatione. Etenim[15] neces-
se est aut se omnibus anteponant et sua maxime probent aut non negent optima esse exempla[16] que a probatissimis oratoribus
aut poetis sumpta sint. Si se omnibus anteponant, intollerabili arrogantia sunt; si quos sibi preponant et eorum exempla
suis exemplis non putent prestare, non possunt dicere, quare sibi illos[17] anteponant. Quid[18] igitur ipsa auctoritas antiquorum? Nam
tum res probabiliores tum hominum studia ad imitandum ala-
criora reddit; immo erigit omnium cupiditates et acuit
industriam, cum[19] spes iniecta est, posse imitando Grati[20] aut
Grassi[21] consequi facultatem. Postremo hoc ipsum summum est artificium,[22]
res[23] varias et dispares in tot poematibus et orationibus
sparsas et vage disiectas ita diligenter eligere, ut unum
quodque genus exemplorum sub singulos artis locos subicere possis. Hoc si industria solum fieri posset, tamen exemus laudandi,
cum talem laborem non fugissemus; nunc sine summo artificio
non potest fieri. Quis enim est, qui non summe cum teneret[24] artem

[1] Der Kürzungsstrich im Langstrich der ersten p ist zu tilgen. [2] Am Rande: *declarat.* [3] Glosse: *invenire.* [4] Glosse: *exempla propria.* [5] Am Rande: *adaptat.* [6] Am Rande: *epilogus.* [7] Verbessert aus *possumus.* [8] Für *Graecho*; am Rande: *probacio.* [9] Für *illa.* [10] Glosse: *similitudine*; am Rande: *secunda ratio.* [11] Glosse: *coram pretore*; am Rande: *epilogus.* [12] Glosse: *coram iudice.* [13] In kaum lesbarer Schrift ist übergeschrieben: *et ipse abutatur testimonio sui ipsius.* [14] Glosse: *notu.* [15] Am Rande: *tertia ratio. Et est ibi dilema.* [16] Aus *exemplam.* [17] Am Rande: *quarta ratio.* [18] Glosse: *valebit.* [19] Glosse: *quia.* [20] Für *Gracchi.* [21] Für *Crassi.* [22] Am Rande: *ultima ratio.* [23] Glosse: *colores.* [24] Aus *contenere.*

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Text 83 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60063)